272

Salue doctissime Vadiane, Nihil vnquam mihi hac rerum vicissitudine tuis literis gratius
accidere potuit, maxime cum non solum eruditionis sed et pietatis sint plenissimae. Facit rancida
meique ingenii tenuitas ut etsi animus quoque desyderet quibusuis doctis calamo coram adesse, parcior
tamen sim quam deceat. De tragediis badensibus nihil te obtundam. Excam ego de pusillo
grege, non nihil ob tot doctorum virorum insignium scilicet praesentiam, animo consternatus. Quod denique dabat
eloquentiae fiducia quam illi praebant. Memini ~~vacare~~ captiose agebant ut pueris domi persuasi, semper
confessioni carnis et sanguinis in pane et calice atque ex eo Christum comedendum potentes, quod
disputationi tria articulorum negabant et iam negasse videri nolunt. Filii huius seculi
ut sua prudentia, ita nos nostra simplicitate utebamur. Quod nimirum iudicii ecclesiae omnia cessura sunt
ubi disputata in lucem venerint, Tam candide discussit omnia candidus ille Oecolampadius.
Berna semel cecidit, sed hoc lapsu graviore iam factum est, ut fortius resurget, fortiusque statura
sit quam hactenus vnquam. Crispinum tuum quem apud te de nostratibus desyderantur, omnia abunde
referet. Partim age ut solis consulem christo dignum atque eius negocium tibi impense commendatum
tuum adserua. Post reditum meum a Baden, tertio ad concionem vocatus sum, et
nunc quarto a senatu plebeque denuo vocor. Vocationi parebo quoadusque proscribar, tum licebit
et te et alios fratres inuisere. Interea vale, valeatque tecum tota gallensium ecclesia. Bernae
.12. Cal. Jul. Anno .M.D.XXVI.

Bertoldus Hallerus ex animo tuus

Joachimo Vadiano clarissimo
Gallensium consuli, dño & fri suo
carissimo obs.do